

PRAEFATIO ED. II.

me narrat demonstrare, exhibet demonstrationem principii negandae totalis congruentiae, §. 270. datam, quuin §. 271. lectorum oculis subiicienda fuisset, in qua probatur, quod probari dicitur in adductis, principium negandae totalis similitudinis. Forte magis obseruari meruissent minus nota, principium rationati, negatae totalis dissimilitudinis, et aequalitatis. Ego locum dico positum simultanei extra alia actualis §. 281. Ipse *actuatem positum simultanei extra alia* me dicit *locum* dicere. Quando casum concedo, purum nego, me dicit V. C. *casum profligare*. Quae de viribus viuis affirmo §. 413 ipse me de viribus ait generatim affirmare, quod si verum esset, errassem. Ex negata materia omnino homogenea nullibi deduxi motum omnis materiae, dcduxisse nihilo minus dicor. §. 773. propagationem per traducem ostendi duplici ratione fieri posse non inuoluentem ortum per traducem. Harum secunda non est, quae per creationem intelligi solet, et nullo iure mihi videtur propagatio per traducem dici posse. Concreationis enarraui hypothesin, quae per traducem propagaret animas, non quatenus eaedem a deo crearentur, sed quatenus parentum animae non parum ad hanc operationem concurrerent.

Veni-